Sicut turbineſ ab africo ueniunt de deſerto uenit
de terra horribili; Uiſio dura nuntiata eſt mihi.
qui incredulus eſt infideliter agit. & qui depopu
lator eſt uaſtat. Aſcende aelam. obſide mede.
Omnem gemitum eiuſ ceſſare feci. Propte
rea repleti ſunt lumbi mei dolore. Anguſtia
poſſidebit me ſicut anguſtia parturientiſ;
Corrui cum audirem. conturbatuſ ſum cum
uiderem. emarcuit cor meum. tenebrae ſtupe
fecerunt me; Babylon dilecta mea poſita eſt
mihi in miraculum. Pone menſam. contem
plare in ſpecula. comedentes & bibentes
ſurgite principeſ. arripite clypeum Haec
enim dixit mihi dnſ. Uade & pone ſpeculato
rem. & quodcumque uiderit annuntiet;
Et uidit currum duorum equitum. aſcenſorem
aſini & aſcenſorem cameli; Et contemplatus
eſt diligenter multo intuitu. et clamauit leo;
Super ſpeculam dni ego ſum ſtans iugiter per
diem. et ſuper cuſtodiam meam ego ſum ſtans
totiſ noctibuſ; Ecce iſte uenit aſcenſor uir
bigae equitum; Et reſpondit et dixit;
Cecidit cecidit babylon. et omnia ſculptilia
deorum eiuſ contrita ſunt in terra;
Tritura mea et filia areae meae. quae audiui
a dno exercituum do isrl annuntiaui uobis;
ONUS DUMA; Ad me clamat ex seir; Custos
quid de nocte. custos quid de nocte; Dixit cus
tos; uenit mane & nox; si quaeritis quaerite.
Conuertimini & uenite; ONUS IN ARABIA;
In saltu ad uesperam dormietis. in semitis dodanim;
Occurrentes sitienti ferte aquam qui
habitatis terram austri. cum panibus occur
rite fugienti; A facie enim gladiorum fu
gerunt. a facie gladii imminentis. a facie
arcus extenti. a facie grauis proelii. Qnm
haec dicit dns ad me; Adhuc in uno anno quasi
in anno mercennarii. Et auferetur omnis gloria
cedar. Et reliquiae numeri sagittariorum
fortium de filiis cedar inminuentur; Dns enim
ds isrl locutus est. ONUS UALLIS UISIONIS;
XXII Quidnam tibi quoque est quia ascendisti et tu omnis
in tecta. clamoris plena. urbs frequens. ciuitas
exultans. Interfecti tui non interfecti gladio.
nec mortui tui in bello. Cuncti principes tui fuge
runt simul. dureque ligati sunt. Omnes qui inuenti
sunt. uincti sunt pariter. procul fugerunt. Prop
terea dixi; recedite a me. amare flebo; Nolite in
cumbere ut consolemini me super uastitate
filiae populi mei. Dies enim interfectionis
& conculcationis & fletuum dno do exercituu

in ualle uisionis. scrutans [...]
ficus super montem; & ela[...]
currum hominis equitis. e[...]
clypeus; et erunt electae u[...]
quadrigarum. & equites p[...]
in porta. Et reuelabitur [...]
& uidebis in illa die arma[...]
saltus. et scissuras ciuitat[...]
quia multiplicatae sunt. [...]
aquas piscinae inferioris [...]
salem numerastis. et dest[...]
ad muniendum murum. [...]
inter duos muros. & aquar[...]
et non suspexistis ad eum [...]
& operatorem eius de longe[...]
Et uocabit dns ds exercituu[...]
fletum. & ad planctum &[...]
ad cingulum sacci. et ecce [...]
titia occidere uitulos. & iug[...]
comedere carnes. & bibere [...]
mus & bibamus. cras enim [...]
uelata est in auribus meis d[...]
si dimittetur iniquitas h[...]
moriamini. dicit dns ds ex[...]
HAEC DICIT DNS DS EX[...]
Uade ingredere ad eum [...]
bernaculo. ad sobnam pr[...]
& dices ei; quid tu hic aut [...]
quia excidisti tibi hic sepu[...]
in excelsum memoriam [...]
tabernaculum tibi; Ecce d[...]
ciet sicut asportatur galli[...]
quasi amictum sic sublet[...]
Coronans coronabit te tr[...]
quasi pilam mittet te inter[...]
tiosam. Ibi morieris. & ib[...]
gloriae tuae. ignominia [...]
Et expellam te de statione [...]
nisterio tuo deponam te [...]
illa uocabo seruum meu[...]
filium elchiae. Et induam [...]
tuam. & cingulo tuo conf[...]
testatem tuam dabo in ma[...]
quasi pater habitantibus hier[...]
iuda; Et dabo clauem domu[...]
rum eius. Et aperiet et non [...]
claudet & non erit qui ap[...]
illum paxillum in loco fi[...]
solium gloriae domui pat[...]
dam super eum omnem glor[...]
tris eius. Uasorum diuer[...]